



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Brvgensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)



## BRUGENSIA.

IN BRVGAM IANVS LERNVTIVS.

**A** Rdua culminibus tectorū adit aethera Brugū:  
 Et famā clari nominis omne solum.  
 Qua Sol cumq; iubar spargit roseo ore per orbem,  
 Inclytus in populos illius iuit honor.  
 Et quamuis motu ciuili pressa tot annis  
 Mutarit priscum scana per arma decus;  
 Mole tamen pulchrā constans caput erigit altum,  
 Et meritò Morinum dicitur esse caput.  
 Flumen ei debet prima incrementa Tabuda:  
 Urbis & Aluatica maxima origo fuit.  
 Imò quod externis sit Flandria cognita in oris  
 Hinc est; auspiciū luminis inde trahit.

IN EANDEM

MAXAEMILIANVS VRINTIVS  
 S. P. Q. Gand. à secretis.

Flandorum Elysium, Morinum regina, superbis  
 AEdibus, attonis penè stupenda Deis. (da,  
 Merce frequēs, animosa, potens, magna amula Gar.  
 Et par, ni paribus destituatur aquis:  
 Verum illi quam sicca negat natura, Aganippe  
 LERNVTI, hanc pleno fonte rependit opem.  
 Felix ciue suo, felix vrbs principe vate,  
 Si, quod habet pretium norit, & illud amet.

IN D. DONATIANI.

Reuer. Domino, D. PETRO CVRTIO Brugens,  
 primo

primo huius ciuitatis instituto Episcopo, perpetuo Flandriæ Cancellario, quondam apud Louanienſes S. Theologiæ Profefſori ordinario, hoc monumentum extremæ voluntatis deſiderio poſitum eſt. Sedit in Episcopatu ann. v. M. v. i. i. l. D. i. x. Vixit ann. l. x. x. v. i. Obijt xvi. Kal. Nouemb. c. i. o. d. l. x. v. i. i.

## IBIDEM.

Adſta parumper hoſpes, & pios iube  
manes hauere.

Hic ſitus eſt N. V. IOAN. à PAMELE, Eques  
Auratus,

Dñs de Caſtre, &c. F. Adolphi, Franciſci N.  
frater germanus

Reuer. Iac. Archidiaconi Audomarenſis,  
&

N. V. Guil. Equitis Aurati, Dn. de Gotthem, &c.  
quorum monumentum non ſepulcrum eſt  
lapis quem vides.

Ceſſit ex humanis Iac. nominatæ Episcopus  
designatus xv. Kal. Octob. ann. ſal. M. D. l. x. x. v. i. i.  
ætatis ſuæ l. i.

Guilielmus ſanctioris Concil. per Belgiam Præſes  
obijt ſeptuagenario maior xii. Kal. Feb. M. D. xcii.

Ille, cuius hoc loco cineres conduntur, Prætura  
Brugen. bene geſta, poſt ſena vitæ decennia

fato functus ab It ad plures,

v. Kalend. Ianu. anno M. D. x. c. v. i. i. i.

Legiſtin' hoſpes quæ poſui  
non te moror vltra, abi.

Compoſitos votis proſequens non lacrimis.

Viuentes Deo flere nefas.

Michael Inghelmontius Brugen, Canon. de  
R. P. de se  
opt. mer. fratribus gratitudinis ergo F. C.

## IBIDEM.

Epitaphium Iōis Eyckij Pictoris famosissimi.  
Hic iacet eximiā clarus virtute IOANNES,  
In quo pictura gratia rara fuit.  
Spirantes formas & humum florentibus herbis  
Pinxit, & ad viuum quodlibet egit opus:  
Quippè illi Phidias & cedere debet Apelles,  
Arte illi inferior hac Polycletus erat.  
Crudeles igitur, crudeles dicite Parcas,  
Qua talem nobis eripuerè virum.  
At cum sit lacrymis incommutabile fatum,  
Viuat vt in cali parte, precare Deum.

## IBIDEM.

Siste gradum, heus viator, & quid mundus est,  
Audi. Theatrum, in quo peragitur fabula,  
Persona vbi nunc vita, nunc est altera.  
Abi. IOANNES VISCHER hoc dixi. VALE.

## IBIDEM.

Adsta viator, & resiste paululum,  
Hic ille clarus est reconditus COMES,  
Qui quatuor decemq; bis Notarius  
Annis fuit Donatianicus sui  
Vatumq; temporis nec infimum decus.  
Eius precare manibus bene. hoc enim  
Quod alteri facis, tibi fiet. VALE.

EIVSDEM TESTAMENTVM.

*Calo animam, do corpus humo, do cetera mundo,  
 Ut capiat partem quilibet inde suam.*

AD CARMELITAS ANTE SVM-  
 MVM ALTARE.

DEO OPT. MAX.

H. S. E. CASPAR ZAPENA, gente Hispanus,  
 stirpe nobilis, manu & consilio bonus, mili-  
 tia multiplex eum vidit per varios suos  
 gradus promotum ad Tribunatum,  
 & mox à Rege Philippo III. Præfectū Alexandriæ  
 apud Insuæres destinatum:

quod munus nisi animo non cepit, morte interce-  
 ptus tristi ad Oceanum pugna,  
 ubi solus pæne auctor non pugnandi,  
 sententijs & publico fato victus,  
 robore & animo inuictus,  
 fortiter pugnans vulneribus confectus,  
 captus denique Ostendæ,  
 obiit piè, & Christianè  
 Non. Sextilibus, anno CIO. IO. C.  
 cùm vixisset ann. XLIV.

Hic in omni munere

Suis amori, hostibus terrori fuit,  
 Liberalis, magnanimus, prudens.

*Togate lector benè precare mortuo.**Sagax lector & imitare mortuum.*

IN CONVENTV FRATRVM MI-  
 NORVM.

DEO OPT. MAX.

R. P. F. CORNELIO ADRIANI F. Dordra-  
 ceno, huius aliquando Cœnobij ante prouinciæ  
 vastitatem toto Belgio amplissimi splendidissimi-  
 que

Ii 5

que

que Guardiano vigilantissimo, ac S. Theologiae interpreti facundissimo: viro incomparabilis eruditionis, tum eloquentiae, triumque linguarum quae sacrae & sunt & dicuntur, callentissimo. Qui annis continuis xxx. populum Brugensem incredibili cum gratia, fructu atque utilitate, diuini verbi suauissimo pavit alimento, fementem verè spargens Euangelicam: tantaque contentione zizania è malignorum spirituum fibris euellens, vt verus Brugenſiū Apoftolus, ſplendor, decus & ornamentū Chriſtianae reip. Catholicae, Orthodoxae, Romanae fidei propugnator acerrimus; nec ſecus, quā alter Athanaſius validiſſimus hereticorum malleus dici poterit, quiq; inter varias huius exulceratiſſimi ſaeculi calamitates, inter innumeras hereticorum calumnias, inter obſtrigillantiū ſycophantarum caninos inſultus, libellorumq; famoſa ludibria, tam inuicta ſemper animi moderatione tenuit, vt nullis vnquam vel hoſtiū fidei oppugnationibus, vel rerum aduerſarum procellis potuerit conuelli: qui denique in hoc D. Fraciſci inſtituto annis ferè XL. ſumma cum probitate vitae, eruditionis gloria, religionis zelo ſagratiſſimo, optimè de hac ciuitate tam in Theologica profeſſione publica, quā in perpetuis indefeſſisq; ad populum concionibus ad mortem vique optimè promeritus fuit. Hoc amoris & obſeruantiae reſtimoniū ac monumentū Patri opt. eiufdē ordinis fratres poſt. anno à partu virginis glorioſe CIO. IO. LXXXI. Prid. Iul. Id. laborumque ſuorum tandem aliquando amplam mercedem, veriſſimus fideliffimusq; Chriſti confeſſor percepit: pijs omnibus ingēs ſui deſiderium relinquens, eiusq; mortui expreſſam effigiem F. Franciſcus Euerardus huius loci Guardianus, qui viuente vnice ſemper colebat,

lebat, syncerę dilectionis ergo in hoc tēplo pro re-  
tū pręsentū facultate restaurata, appendi curauit.

IN XENODOCHIO S. IOANNIS,  
ad cornu summi altaris.

EPITAPHIUM F. CORNELII DORDRACE-  
ni Minoritę, concionatoris celeberrimi.

Ecquis in obscuro latitans (dic parua tabella)

Tumulo hęc repostus conditur?

Quis fugiens adeo est & fama & lucis & aura

Vmbri vt hic velit obrui?

Tunc Pater celebri condigno ex marmore crypta

Hic DORDRACENE recubas?

Quem tam facunda decorauit gratia lingua

Monita salutis cum dares,

Vt tua fama volet totum vulgata per orbem,

Stuidente quamuis Zoilo.

Sed quia Seraphici placuit pia semita Patris,

Placuit sepulcrum ignobile:

Nam tituli & parua excisa de marmore tumba,

Ætate longa inter cedunt.

Virtus sola viget viuuntq; aterna, nec auo

Labente longo extinguitur:

Hęc iam te æquauit superis calog; beauit,

Sertis decorum fulgidis.

Quid inuuit ignoto hunc igitur requiescere busto,

Qui mente calo vixerit?

Obijt anno CIO. IO. LXXXI. mens. Iul. die xrv.

D. O. M.

IOAN. LVDOVICO VIVI Valentino, omni-  
bus virtutū ornamentis, omniq; disciplinarū gene-  
re, vt ampliss. ipsius literarū monumentis testatū  
est,

est, clariss. & MARGARETAE VALDAVAE  
 rara pudicitia omnibusque animi dotibus marito  
 simillimæ, sexusque foeminei ornamento, viri-  
 que ut animo & corpore semper coniunctiss. ita  
 hic simul terræ traditis, Nicolaus & Maria Val-  
 daura forori & eius marito B. M. mœstiss. Poss.  
 Vixit IOANNES ann. XLVIII. M. II. mortuus  
 Brugis Prid. Non. Maij, anno M. D. XL. MARGA-  
 RETA vixit ann. XLVII. M. III. D. IX. Obijt Prid.  
 Id. Octob. anno M. D. LII.

## IN D. MARIAE.

LVDOVICAE VENETAE, forma, venustate,  
 pudicitia, rei familiaris administratione, ac supra  
 muliebrem sexum, prudentia insigni; quæ ex Italia  
 vix dum pubes aduecta, nostrates omnes in sui ad-  
 miratione his raris animi & corporis dotibus per-  
 traxit: virum, cum quo vnanimi concordia XXII.  
 ann. vixit, nouem liberorum numero auxit, dum  
 XXXIV. annum ageret, immatura morte extinctæ.  
 GVILIELMVS MOSCRON vxori incomparabi-  
 li, cuius merita nullus amor æquare possit mœstiss.  
 posuit. Obijt XVII. Iunij anno à partu Virginia  
 M. D. XXIII.

## IN D. VVALBVRGIS.

DEO IMMORTALI ET MEM. PP.  
 Nob. Viri Guilielmi de Boodt,  
 Quem per honores plurimos  
 Ad culmen dignitatis supremæ  
 Gradatim virtus extulit,  
 Nam COS. ILL. creatus,  
 Exemplo omnibus non præfuit modò,  
 sed profuit:

Donec



GREVELINGENSIA.

509

Donec ingentibus curis æger,  
Abit è vita simul, & Magistratu,  
Ann. ætat. LII. XI. Kal. Nouemb. CIO. IO. CI.


AE catherina VVynckelman F. Reineri  
sibi posterisque lugens posuit.

Hæc, saluè, vale æternùm mi marite;  
ego te,

Quo natura permiserit modo,  
lubens sequar.

INCERTAE POSITIONIS.

*Hospes eram mundo per mundum semper eundo,  
Sic suprema dies fit mihi summa quies.*



GREVELINGAE.

IN ECCLESIA S. VVILIBRORDI,

IN CHORO.

D. O. M. S.

H. S. E. VALENTINVS DE PARDIEV  
V. N. & fama inclytus.

Toparcha de la Motte, Eeckelsbeke, atque alibi.  
S. Iacobi Eques, Commendator in Stepa, Philippo  
II. Cathol. Reg. à Consilijs militiæ, Regijque ex-  
ercitus armamentario, & machinis Præf. Duode-  
cim Centuriar. ex Gallo-Belgis Chiliarcha, huius  
oppidi arcis que per annos xxv. Gubernator. Obijt  
anno Christi ∞. IO. XCV. Idib. Iul. vixit ann. lxx.  
M. III. D. XIII. Bono bonus benè precare.

AD LECTOREM SPECTATOREMVE.

*Paulisper hospes siste, me, quis sim, Vide.*

Hen